

## DE XII. GEMMIS

supra. mobil. III.

Smaragdus. Hebr. Bareket, ברקת. Σμαράγδος Lxx. cū supra Schoham verterint Smaragdum, quam nos potius Onychem aut Sardonychem esse diximus. Symmachus Ceraunium reddidit. Chaldæus transfert Barkan. Barak quidem fulgur & fulgorem significat: qua origine inductus Fagius, cum ludæis recentioribus carbunculum interpretatur. De Ceraunio vel Ceraunia gemma (nam & lapis est eiusdem nominis) quæ species est ateria, plura dicam in libro De figuris lapidum cap. 4.

supra. mobil. IIII.

Carbunculus. αὐθαξ. Hebraicè Noppek, vel Nophech, נפק. Rabi David Kimhi in libro Radicū dicit esse gemmam nigri coloris, vt Fagius citat: vt alius quidam, colore fusco & rutilante. Sunt qui rubinum vulgò dictū esse putent, Munsterus: hunc solū locū & Ezechielis 27. citans. Diuus Hiero-

ro-